



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm  
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa  
tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphaliae, 1608**

Capvt VI. Caluinistis parum interest an post partum Maria manserit virgo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**

## CAPVT VI.

*Caluinistis parum interest an post par-  
tum Maria manserit  
virgo.*

**A**n autem postmodum augustissimum il-  
lud Spiritus S. templum, Filijq; Dei ta- Caluinistis incerta  
bernaculum etiam Angelis reuerendum, vir- est Maria à  
go inquam Maria sit à Iosepho cognita conta- partu vir-  
minataque de eo parum est Caluangelio la- ginitas.,  
borandum; quia nihil contra fidem Caluini-  
sticam facit, si quis credit, quod virgo Ma-  
ria post Christum natum liberis procrean-  
dis operam dederit. Ignosce lector hæc re-  
citanti & simul agnosce emissarios Caluinisti- Amissa se-  
cos, omnia suis libidinibus quantum pos- mel virgi-  
sunt defecantes. Bezae sunt istæ sordes in nitas nō re-  
præfat. Noui Testamenti: *parum interesse in si- cuperatur*  
*de Euangelica, ut post Christum natum in virginis postmodū*  
*tate extiterit.* Pseudomartyris in comment. at Caluinia  
in capite quarto ad Roman. est impuritas & na Maria  
impietas: *Quod virgo perpetuo manserit, Maria, in patu,*  
*cum id sacra litera non affirment, non recipiendum*  
*inter ea quæ necessario credi debent.* Huius Prædi-  
cantis est vanitas hic §. 29. eos omnes temeri-  
tatis & superbiæ accusare, qui vt necessarium ali-  
quod dogma tradunt, Mariam suut ante partum ita  
& post partū perseverasse virginem. Nimirū Calui-  
nianis Prædicatibus totis in sanguine cœnoq;

R 4 volupta-

voluptatum submersis non probatur promis-  
sio virginitatis perpetuæ in Christi Matre,  
de qua Suarez Tom. 2. disp. 6. nō ferunt exē-  
plum tātæ castitatis ante oculos, quibus cōiu-  
gij vſus non minus censetur necessarius, quam  
cibus & potus: non audiunt concilia, hac de-  
re grauiter sancteque decernentia ex Spiritu  
Sancto, & virginitatem Mariæ ante partum,  
in partu, & post partum intemerabilem te-  
stantia. Vide Synodum 5. can. 6. & Synod.  
6. artic. II. & 7. act. 3. Displicent ijs Patres,  
quos recenset Canisius in suo de beata Maria  
opere. Sed repudient vbi & quando volent  
cætera omnia , illud tamen Ezechielis 44.  
cum vñanimi veterum doctorum explicatio-  
ne mystica non conuellet: *Porta hæc (Virgo  
Maria) clausa erit & vir non transibit per eam, quo-  
niam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.* Vi-  
de Hieronym. Dialog. lib. 2. contra Pelag.  
Augustin. serm. 2. & 14.. de Natiuitate, alios.  
Nec illud Reginæ cœli verbum stultitiæ re-  
darguent, cum dicit: *quomodo fiet istud* (vt vn-  
quam vlloue modo concipiam pariámue fili-  
um) *quia virum non cognosco*, aut (pro quo  
ponitur) *quia virum cognitura  
non sum.*

C A